

8897

imp. Caesari divi f. Augusto pontifici M. Agrippae L. f. cos. tert. im[p.]<sup>2</sup>  
 maximo cos. XII tribunic. potest. | tribunic.  
 Liviae Caesaris | XX<sup>1</sup> et potest. VI<sup>3</sup> et  
 Mazaesus Augusti Iuliae Caesaris Augusti fil.  
 et Mithridates patronis

(in parte aversa)

Μαζ[ατο]ς καὶ Μιθριδάτης | [τοῖς] πᾶ[ρ]ρωσι καὶ τῶι δῆ[μοι].

*Ephesi in introitu fori (Heberdey oesterr. Jahreshfte 7, 1904 Beibl. p. 49). —*

1) A. 750/l. — 2) imb. lapis. Cf. supra N. 130 not. — 3) Tribunicia potestate sextum fuit Agrippa, cum moreretur mens. Mart. 742 (cf. supra l. c.; Prosopogr. imp. Rom. III p. 441). Mortuum eum celebrari non mirum, scilicet maritum Iuliae, nondum relegatae (a. 752), patrem C. et L. Caesarum.

8898 Ti. Caesari Augusti f., | divi nepoti: adventui | eius sacrum. |

Cn. Licinius C. f. Vol. Navos.

*Bagaci Nerviorum (Bavai) rep. (XIII 3570 vidit Hirschfeld). Titulus positus inter annum 757, quo Tiberius adoptatus (cf. supra N. 107 not. 4), et a. 767, quo Augustus mortuus est; his annis Tiberius in Germania fuit a. 757. 758. 759. 763. 764; quo anno Bagacum adierit, incertum est. Summo gaudio Tiberium, cum post adoptionem in Gallias proficisceretur, ibi receptum esse indicat Velleius 2, 104, 4 (Hirschfeld l. c.).*

8899 C. Caesari Aug. Germanico divi Aug. | prónepóti, Ti. Caesaris Aug. n., Germanici Caesaris f., | cos. II, trib. potest.<sup>1</sup>, pontif. maximo, imp., patri patriae | per C. Vitrasium Pollionem praef. Aegypt.<sup>2</sup>, cohors Ituraeor.<sup>3</sup>, cui praest L. Eienus L. f. Fal. Saturninus, anno III C. Caesaris Augusti | Germanic. IIII kal. Maias<sup>4</sup> (alia manu) m. ndh. III<sup>5</sup>.

*Syene rep. (III 14147, 1 Mommsen vidit ectypum). — 1) Numerus tribuniciae potestatis omissus. — 2) Idem praefectus Aegypti C. I. Gr. 4963 = Cagnat Inscr. Gr.-Rom. I 1057, item ut videtur in papyro musei Britannici n. CLXXVII ed. Kenyon II p. 168, cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 456 n. 524. De alio praefecto Aegypti eiusdem nominis Prosopogr. III l. c. n. 523. — 3) Cf. infra N. 8906. — 4) 28. Apr. anni p. Chr. 39. — 5) Quid his litteris, ab inscriptione primaria alienis, significetur, incertum.*

8900 Ti. Claud. Drusi f. | Caesar Aug. Ger|manic. pont. max. | trib. potest. III<sup>1</sup>, imp. | III<sup>2</sup>, p. p., cos. III de|signat. IIII<sup>3</sup>. | And.<sup>4</sup> m. p. XXII.

*Sacquenay, 30 fere chil. a Langres, rep., columna, est Dijon (XIII 9044 vidit Hirschfeld). — 1) 25. Jan. 43/44. — 2) Titulum positum esse aliquantum ante finem huius anni apparet ex eo quod eo ipso anno Claudius etiam quartum et quintum imperator salutatus est (supra N. 203). — 3) Apparet Claudium non tantum a. 44, sed iam anno 43 consulem quarto designatum fuisse in annum 47 (cf. supra N. 204 not. 2). — 4) (Ab) Andematunno (Andematunnum Lingonum hodie Langres).*